

Materia unica

tenire ex eius simplicitate. in corporibus enim hoc videtur non posse accidere. sed anima non est simplex. sed composita ex materia et forma. ergo non est in quolibet parte corporis probatio medie. philosophus in ii. metaphysice respondit ponentes materia corporale primum principium. quod ponebat solum elementa corporum. non corporum autem non est igitur in corpore aliquid elementum. sed elementum est materiale principium. quod etiam subest in corpore ut angelus anima habet materiale principium

¶ Quedam aialia recta viuunt. non est autem dicere quod altera pars viuat per totam animam. sed nec ante reuersionem tota anima erat in illa parte sed pars anime. **¶** Totum et perfectum sunt idem. ut dicitur in ii. physice. propria autem virtus anime humane est secundum intellectum quod non est actus alicuius partem corporis. non ergo anima est tota in quolibet parte corporis

Contra Sed contra est quod dicit Augustinus in iii. de tri. quod anima in toto est tota et in quolibet parte eius tota. **¶** Damascenus dicit. Angelus ubi est ubi operatur. pari modo et anima. sed anima operatur in quolibet parte corporis. quod quilibet pars corporis nutritur angelus et sentit. ergo anima est in quolibet parte corporis. **¶** Anima est nobilioris virtutis quam forme materiales. sed forme materiales. ut ignis et aqua sunt in quolibet parte. multo igitur magis anima. **¶** In li. de spiritu et anima dicitur quod anima propria sua corpore viuificatur. sed quilibet pars corporis viuificatur ad anima. ergo anima est in quolibet parte corporis plene.

R. Rideo dicitur quod veritas huius questionis ex precedentiibus dependet. omnium est enim pars quod anima vnica corpori non solum ut motor sed ut forma. posterius vero ostensum est quod anima non presupponit alias formas subales in materia que dicitur esse subale corpori aut partibus eius. sed et totum corpus et omnes eius partes habet esse subale et specifice per animam que recedat sicut non manet homo aut animal aut viuus. ita non manet manus aut oculus aut caro aut os. nisi equinoce. sicut depicta siue lapidea.

Sic igitur cum omnis actus sit in eo cui est actus operatur anima que est actus totius corporis et omnium partium esse in toto corpore et in quolibet eius parte. Sed tamen aliter se habet totum ad animam. et aliter partes eius. anima enim totum que dicitur corpus actus est primo et per se. partium vero in ordine materia sit propter formam. tale oportet esse materia ut compositum forme. In istis rebus corruptibilibus forme imperfectiores que sunt exilioris virtutis habet paucas operationes ad que non requiritur primum dissimilitudo. sicut partes in omnibus inanimatis corporibus. anima vero cum sit forma altioris et maioris virtutis parte est principium diuersarum operationum. ad quas executionem requirunt dissimiles partes corporis. Et ideo omnis anima requirit diuersitatem organorum in partibus corporis cuius est actus. et tanto maior diuersitatem quanto anima fuerit perfectior. sic igitur forme in fine vniformiter perficiunt suam materiam sed anima diuiformiter ut ex dissimilibus partibus constituat integritas corporis cuius primo et per se anima est actus.

Sed restat inquirendum quod dicitur tota anima esse in toto et tota in singulis partibus. Ad cuius evidentiam considerandum est quod totalitas inuenitur prima quidem et manifestior secundum quantitatem pure totum quantum dicitur quod narum est diuidi in partes quantitatis. Et hec totalitas non potest attribui formis nisi per actus. in quantum scilicet per actus diuidentur diuisione quantitatis. sicut albedo diuisione superficie. Sed hec est illarum formarum que coextenduntur quantitati. quod ex hoc patet aliquibus formis. quia habet materia simile aut fere simile et in toto et in parte forme aut que requirunt magnam dissimilitudinem in partibus non habet huiusmodi extensionem et totalitatem. sicut anime proprie aialium imperfectorum. Secunda autem totalitas attenditur secundum perfectionem essentie. cui totalitati etiam respondet prescientie. physice quidem in compositis materia et forma. logice vero genus et diuersa. que quidem perfectio in formis accidentalibus recipit magis et minus. non autem in substantialibus. Tercia autem totalitas est secundum virtutem. Si igitur loquamur de aliqua forma habere extensionem in materia. puta de albedine. possumus dicere quod est tota in quolibet parte totalitate essentie et virtutis. non autem totalitate prima que est ei per accidentia. sicut tota in specie albedinis inuenitur in quolibet parte superficie. non autem tota quantitas quia habet extensionem in materia. vnde et proprie humana non habet extensionem in materia. vnde in ea totalitas prima loci non habet. relinquitur ergo quod secundum totalitatem essentie simpliciter enuncitari possit esse tota in quolibet parte corporis. non autem secundum totalitatem virtutis. quod partes diuiformiter perficiunt ab ipsa ad diuersas operationes. et aliquid operatio est eius. sic intelligere quod in nulla parte corporis exquirat. vnde sic accepta totalitate anime secundum virtutem. non solum est tota in quolibet parte. sed nec est tota in toto. quia virtus anime capacitate corporis excedit. ut supra dictum est.

Ad i. Ad primum ergo dicitur quod philosophus ubi loquitur de anima quantum ad potentiam motiuam que primo fundatur in corde. **¶** Ad secundum dicitur quod anima non est in quolibet parte corporis primo et per se. sed in ordine ad totum. ut dicitur est. et ideo non quilibet pars aialis est animal. **¶** Ad iii. dicitur quod secundum philosophum in li. de somno et vigilia. cuius est potentia eius est actio. vnde potentie ille quare operationes non sunt solius anime. sed coniuncti sunt in organo sicut in subiecto. in anima autem sicut in radice. Solum autem ille potentie sunt in anima sicut in subiecto. quare operationes anime non per organum corporis exquirunt. que tamen sunt anime secundum quod excedit corpus. vnde non sequitur quod in quolibet parte corporis sunt omnes potentie anime. **¶** Ad quartum dicitur quod forma domus cum sit accidentalis non datur esse specifice singulis partibus domus sicut datur anima singulis partibus corporis. et ideo non est simile. **¶** Ad quintum dicitur quod auctoritas illa non sic intelligitur quod anima humana extendatur secundum extensionem corporis. sed quod virtualis anime quantitas non corrigitur in maiore quantitate que corporis. **¶** Ad sextum dicitur quod omnis operatio aliquo modo accipit ut media inter operationem et obiectum operationis. vel realiter sicut in illis actioibus que procedunt ab agente in aliquid extrinsecum transmutandum. vel secundum modum intelligendi. sicut intelligitur

Complex totalitas
Ad i.
Ad 2.
Ad 3.
Ad 4.
Ad 5.
Ad 6.

18. i. p. q.
76. a. 8. et
39. p. que
4. 6. ar. 7.
Et p. sep.
d. 8. q. 5. a.
tercio